

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Epitaphios Incomparabili ac rari exempli Matronæ,
Magdalenæ Cloeliæ Bussingiæ, Conjugi desideratissimæ
Viri ... Casparis Bussingii, Comitatum Oldenburgensis &
Delmenhorstenis Superintendentis ...**

**Brincmann, Nicolaus
Oldenburgi, MDCCXII.**

VD18 13035282-004

[urn:nbn:de:gbv:45:1-783314](#)

ΕΠΙΤΑΦΙΟ Σ
Incomparabili ac rari exempli
Matronæ,
**MAGDALENÆ CLOE-
LIÆ BUSSINGIÆ,**
Conjugi desideratissimæ,
VIRI
MAXIME-REVERENDI, MAGNIFICI,
Amplissimi, Excellentissimique
DOMINI
CASPARIS BUSSINGII,
Comitatum Oldenburgenſis & Delmenhorſtensis
Superintendentis Generalis, Confitorialis,
Scholarchæ, & Pastoris ad ædem S.
Lamberti primarii, &c.
Honori non tam Supremo quam Sempiterno
Scriptus
a
Nicolao Brinckmanno ,
Lyc. Oldenb. Rect.


OLDENBURGI,
Typis Iacobi Nicolai Adleri, Regis Danorum privileg. Typographi.





Nondolorest Major, quam cum violentia mortis
Unanimi scilicet solidi sunt fratres fratres!

Christianus ille poeta ,
eandem diversis verbis expre-
ssiensi s, Doctor Nicolaus Selma-
nihil esse acerbius , quam vider-
Todes-Gedanken pag. 330 &
num eti , cui non vel fando
ræ sensu perspectum sit : Max-
uri uxoris : uxoris inquam ,
mnis consortem , divini pariter
et accepit , sed fatis divinis de-
le , cuius à rudentibus pende-
onustam vel naufragio periit
audit ; ita lèpe angitur , ut a-
lat , pectus tundat , fletuque
ab animo suo , ne doleat , im-
Quam gemmis & margariti-
sapientissimus . Ille quidem I-
tum se putat , quod nunquam
scribi monumento suo , tanquam
molestias se nunquam sensisse : q-
cianfi ea de re in qua per-
aliquando & ærumnæ ex sua
morositate sua concinnet . M-
num conveniat vere : Heus h-
micæ ac carcinomata , gentis
ac dolores . Nos vero ex ad-
felicitatem homini masculo
conjugem fuerit nactus . Cu-
sane an aliud luculentius ulli
quam beate defuncta hactenus
exequiarum exsolvenda sunt .
Isto sexu laudem confidere sol-
quam defuisse videatur . Me-
dus : & eo magis , quo acc-
quæ habuimus in potestate ,
viter suspiramus ablata ; dic-
sicillime omnium solvi ac d-
fuerunt . Quodsi nulla alia c-
nec ullum acerbius excogitar
conuges ac separantur . No-
dentem : ita ut quidam ma-
jugem aut liberos amiserit .
ga liberos flagrare incendium
num . Sed tamen conjugalem



The image shows a vertical ruler scale on the left side of a page containing Latin text. The scale is labeled 'Centimetres' at the top and has numerical markings from 1 to 19. To the right of the scale, there is a large block of Latin text. At the bottom left, the letters 'B.I.G.' are written vertically.

Sententiam
et Professor Li-
habuisse ferunt;
d. Dan Griebn.
mentis homi-
zel tacito natu-
lorem obitu in-
n, fortunæ o-
ipem, non sorti-
c. Mercator il-
neris mercibus
m manus venisse
aque manu vel-
Qua ergo ratione?
gum Ebraeorum
orrens, fortuna-
nescio quis, ini-
uravit: *Uxorias*
porteat pronunci-
i quid molestiaz
ed infrequenter
as illud Plauti-
! parentum vo-
tariorum poena
posse maiorem
& sui amantem
ndum sit, nescio
queat inveniri,
hodie solemnia
qua summam in
e aliquid potius,
legit optimus vi-
stra bona, cum,
habita, ea gra-
uendum est, dis-
ligata arctissime
ie conjugali est,
quo divelluntur
er fratres esse at-
n; quam si con-
in parentum pectoribus er-
dfectum, qui vincat pater-
uentiorem esse contendat,
recteque





* * *

Non dolorest Major, quam cum violentia mortis Unanimi solvit corda ligata fide!

Christianus ille poeta, nescio quis, vere cecinit. Sententiam eandem diversis verbis expressit suo *zvo* clarissimus Pastor & Professor Lipsiensis, Doctor Nicolaus Selneccerus, quem saepius hoc in ore habuisse ferunt: nihil esse acerbius, quam videre funus conjugis dilectissimae! (vid. *Dan Griebn. Todes-Gedanken* pag. 330 & 916.) Nemo enim opinor, sanæ mentis hominum erit, cui non vel fando audicū, vel usu compertū, vel tacito naturæ sensu perspectum sit: Maximum & acerbissimum marito dolorem obitu inuri uxoris: uxoris inquam, quam individuam virtutē comitem, fortunæ omnisi consortem, divini pariter & humani juris sociam ac participem, non fortior accepit, sed fatis divinis destinatam sibi cum judicio delegit. Mercator ille, cuius à rudentibus pender felicitas, si navem omnis generis mercibus onustam vel naufragio periisse; vel in piratarum ac prædonum manus venisse audit; ita læpe angitur, ut animo totus concidat, capillos utraque manu vellet, peccus tundat, fletuque ac lacrymis omnia compleat. Qua ergo ratione ab animo suo, ne doleat, impetrabit maritus, cum jacturam fecit uxoris? Quam gemmis & margaritis nobiliorem pronunciavit Regum Ebræorum sapientissimus. Ille quidem Terentianus senex à re uxoria abhorrens, fortunatum se putat, quod nunquam uxorem duxerit domum. Alius nescio quis, inscribi monumento suo, tanquam magnum aliquod & singulare curavit: *Uxorias molestias se nunquam sensisse*: quasi vero aut credi magnopere oporteat pronuncianti ea de re in qua periculum fecisset nunquam: aut si quid molestiæ aliquando & ærumnæ ex sua uxore suboriatur, id sibi ipsi haud infrequenter morositate sua concinnet. Multæ quidem illarum sunt, in quas illud Plautinum conveniat vere: *Heus hercole mulier et audax & mala es!* parentum vomicæ ac carcinomata, gentis suæ maculæ atque opprobria, maritorum poenæ ac dolores. Nos vero ex adverso ita omnino habemus, vix posse majorem felicitatem homini masculo contingere, quam qui probam & sui amantem conjugem fuerit natus. Cujus exemplum si nobis proponendum sit, nescio sane an aliud luculentius ullum ac suis partibus perfectius queat inveniri, quam *beata defuncta hactenus præbuit*, cui egregiæ *Matrone* hodie solemnia exequiarum exsolvenda sunt. Ita enim illis rebus omnibus, quæ summam in isto sexu laudem conficeré solent, instructa fuit, ut superfuisse aliquid potius, quam defuisse videatur. Merito igitur in squalore & luctu degit *optimus vi- dius*: & eo magis, quo accuratius intelligere solemus nostra bona, cum, quæ habuimus in potestate, amissimus. *Quæ enim diligimus habita, ea gra-*
viter suspiramus ablata, dicente Gregorio. Ita quippe statuendum est, difficillime omnium solvi ac distrahi, quæ conjuncta & colligata arctissime fuerunt. *Quodsi nulla alia copula ac nexus arctior sanctiorque conjugali est,* nec ullum acerbius excogitari mortis genus poterit, quam quo divelluntur conjuges ac separantur. Non equidem inferior, amorem inter fratres esse ardentem: ita ut quidam magis dolendum censeat, si fratrem; quam si conjugem aut liberos amiserit. Nec ignoro naturale in parentum pectoribus erga liberos flagrare incendium: nullumque esse affectum, qui vincat paternum. Sed tamen conjugalem flamمام longe ferventiores esse contendō, recteque

recteque à Poeta scriptum existim : *Omnis amor magnus ; sed aperto in coniuge major.* Id Alcestis, Admeti Thessalorum Regis uxor suo satis luculenter confirmavit exemplo. Cum enim à Diis obtinuisse, ut vicaria alterius morte suam declinaret : Ubi dies decretoria advenit, nullus nec amicorum, nec liberorum, nec fratum inventus est, qui id facheret : sola fuit Alcestis uxor, quæ mariti vitam suæ dispendio redemit. Quid mirum igitur, si quo ardenter inter conjuges fuit amoris flamma ; hoc ferventiores dolorum ex separatione in animum immittantur faces ? Magnum idcirco esse dolorem oportet Vidui, & tantum, quo quidem majorem vix posse contingere nato homini, existimare convenit. Ferre tamen oportet, quæ mutari non possunt : nec ullum ad profligandum moerorem ac ægritudinem præsentius aliud remedium est, quam persuadere animo, sic voluisse Deum ; qui cum optimus sit, ne cogitare saltum aliquis debet, quod malè naturam habeat ; nedum ut immittat nobis, quod non bonum & profuturum, si recte utamur. *Adquiescendum in Dei voluntate est*, qui res humanas pro suo dispensat arbitrio, & certum cuique vivendi spatiū terminumque præteribit : quippe in cuius manu spes a vita sunt hominum omnia. Adimat ille quod dedit boni, & charum nobis fuit, ferre oportet, & illud ipsum pro munere interpretari, quod concessit & dedit. Quid igitur querimur ? quid maceramus animum dolore, quando componenda conjux est ? nempe ea lege accepimus, ut redderemus, quando repliceret, qui dedit. Licet tergiversemus quam maxime, cedendum tamen est : & cum inutili luctu nos diu affiximus, eo tandem veniendum tamen, ut cum magistro patientie exclamemus : *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum!*

Solatio interim fuerit mœstissimo viudo, Mæcenati ac Patrono meo maxime reverendo, tum vita honeste & cum virtute acta, tum ipsa etiam defunctæ mors, quam ita obiit, prout omnino decebat eam, quæ non tam nomine, quam re & animo & tota vivendi ratione erat Christiana. Hoc in omni vita jucundius, & ultra quod nulla felicitas adscendere potest. Hic summa laus, hic apex gloriæ nostræ positus. Interim tamen nihil absurdum erit, & cætera, quæ ad vitam ejus pertinent, exponere : si non laudandi, tamen erudiendi gratia. Optimum enim instituendi genus, exemplis docere. Ingressa est fragilitatis curriculum Bössovia in Ducatu megalopolitano Anno salutis per Christum recuperata supra millesimum sexcentesimum sexagesimo quarto, circa sextam vespertinam, die undevicesimo Martii. Patrem sortita est virum admodum reverendum & clarissimum, Dominum JOHANNEM Krüger initio Pastorem zum hohen Priß in Ducatu Vandaliz; deinde Bössovia in ipso megalopolitano Ducatu. Cui spartæ summa cura, fide & diligentia ad annum usque 1665. præfuit, sub cuius finem ab illustrissimo Comite Oldenburgensi & Delmenhorstensi, Domino Antonio Günthero, Consistorii Assessor & Pastor Lambertinus cum omnium plausu & consensu clementer horum vocatus est : quod sacrum tamen munus vix novem hebdomadas sustinuit in aulam coelestem a supremo rerum Arbitro translatus, cum sacri munieris tredecim ; triginta vero & tres totius sui ævi annos explevisset. Matrem habuit Elsaben Brocktorff ; Oldenburgi Holsatia, in Ducatu Wagria, ex honesta Brocktorfforum Familia oriundam : Feminam singulari pietate elegantissimisque moribus & omnium virtutum matrimonialium laude apprime decoratam. Hi optimi ejus parentes nihil prius, nihilque habuerunt antiquius, quam ut mature per salutaris lavacri adspersionem in album viræ æternæ nostra recipetur & elegantissimo nomine Magdalena Clælia insigniretur : nomine, quod ipsam fœderis in baptismate cum Deo isti perpetuo commonesceret, cuius nomen illi erat יְהוָה תְּרוּמָה Turris fortissima, ad quam se justa haec conferebat & exaltabatur : Proverb. XVIII, v. 10. Bimula existens cum piis parentibus ad nostros Oldenburgenses lares immigravit, ubi Patrem præmatuta nimis mors ipsi non tantum eripuit ; sed & brevi intervallo contagiosa lues omnes ejus Germanos Germanasque abstulit.

Adquod

1664



malum aliud detrimenti genus accessit, Oldenburgense nempe incendium, omnes matris facultates consumens, hac cum pia matre vidua unice relata. Quo autem studio, qua pietate, qua reverentia, qua patientia incomparabili, post jam dictum incendium dulcissimæ suæ matri per integrum quadriennium, ad extremum vitæ halitum ægræ, nostrainserviverit, si insisterem dicere, maxima nobis nascetur historia: cui pertexendæ hæc brevia spacia, quibus impræsentiarum includimur, minime sufficiunt. Parentibus morte ablatis piæ animæ qui bene cuperent & fäcerent non defuerunt. Anno enim 1684. cum præcipuo quodam Consiliario & ministro regio Bremam concessit, ubi animi virtutisque ejus majestas moestissimi jam vidui, tunc celeberrimi Athenzi regii bremensis membri, pectus adeo perculit ac commovit castoque sui amo-
repellexit, ut sublecente anno 1685. ipsis calendis septembribus solenni benedictionis sacerdotalis ritu, fusilque ad Deum precibus in suavissimum thori vitæque adjutorium marito amantissimo sociata sit. Quo in matrimonio inter dulcissima constantissimi ac sincerissimi amoris specimina viginti septem fere, o utinam plures, annos vixit. Bremæ quidem ad annum usque 1692. Hamburgi postea undeviginti annos cum dimidio, hic Oldenburgi demum fere triennium cum marito degit; quo ultimo triennio variis morborum generibus; acutissimis in primis calculi terminibus continuo correpta fuit. Esi vero omnia, quæ requirebat natura morbi, & ægrotantis conditio admittebat, remedia adhiberentur, tolli tamen & expugnari morbus non potuit. Cum itaque satis debilitatæ essent vires, & morbo præterea indies magis magisque astigerentur, gravissime tandem periculosisque decumbere coepit. Ubi summa iterum diligentia studioque ab excellentissimis clarissimisque medicis ejus suscepta fuit curatio, nihil tamen ad recuperandam valetudinem effectum fuit, sed in deterius ire res visæ sunt. Et quia impletus jam erat positus à Deo terminus vitæ, quem nemo transgredi potest, sexto hujus mensis julii die, circa quintam matutinam, placido prorsus lenique soluta obitu rebus excessit humanis, spiritum immortalem Creatori, Sospitatori & Sanctificatori reddens ac commendans; cum in hac mortalitate XLVIII. annos tres menses, sex dies & decem horas exegisset. Atque sic nostra Clælia non minus quam olim nobilis illa virgo romana, per Tibrim hujus mundi incolmis in cœlestem patriam tranavit; ubi ipsi non, statua aliqua marmorea, brevi tempore peritura, ut Clælia romanæ; sed duæ simul statuæ sunt positæ omni ære perenniores. Illæ nimurum quærum scriptura meminit. 1. Reg. VII. 21. & 11. paralip. III. 3. 17. quarum altera merito vocatur Κλειλα i. e. Stabilit: ipse enim Iesus in æterna sua gloria Magdalena Clæliam suam hic ὀλύγον ταδεσταjam instaurat, stabilis, confortat & fundat 1. Pet. v. 10. Altera autem Κλειλα i. e. in eo robur; in Sospitatore scilicet Iesu, cuius virtute & fide mundum vicit & αὐτοεγέρτων τῆς δόξης τεφανε reportavit 1. Pet. v. 4. Nos liberatæ ē corporis carcere animæ statum gratulamus felicissimum, exuvias requiem, & certissimam cum potiori illa parte in die judicij unionem precamur. Maxime-Reverendus ac Magnificus Dominus viduus autem, quem hæc avulso optatissimæ Conjugis in magnum luctum conjectit, freна injiciet dolori, qui ipsum nunc coquit & versat sub pectore fixus; utpote qui ex scriptura divinitus inspirata, hæc me etiam non suggerente, certum habet & alios docet, fore, ut eriam corpora à mortuis in vitam revocentur; perferet ergo fortissime dulcissimæ suæ Conjugis mortem, quam in meliorem orbem præmisit, quam brevi temporis intervallo cum gaudio recipiet, & qua cum in omnia seculorum secula vitam omni parte beatam transfiget. Nos vero quod attinet pio ac debito luctu hoc funus prosequamur, pia recordatione & devota ad eandem præparatione instruti. Publicat, 19. Julii anno O. R. MDCCXII.



Genn vormals Noah der Gerechte
 Betrübt in seinen Rästen steigt;
 Wie Er dem sündlichen Geschlechte
 Des Höchsten Zorn zuvor gezeigt.
 Sah' Er bald wie die Wasserwogen
 Am Himmel sich zusammen zogen.

Die Wellen hört' Er schrecklich brausen

Des Himmels Fenster öffn'ten sich!

Die Winde fiengen an zu sausen

Und stürmeten entseiglich!

Er selbst ward Abends als den Menschen

Umschrengt mit lauer

Wie Er drauf lange

Wohin Ihn trieb

Ließ endlich Gott an

Ein Höchst erfreulich

So vendet der fromme

Und läßt nach Sturm

Mir deucht / daß Noah

Ein Bildnis treuer

Die unter vielen Centi

Nie sind von Angst

Bis sie nach sehnlichen

Ein frölich : Gehe au

Wenn ich die schwere

Die den Höchstseeligen

Und wie die bittern

Von Gott Ihm hau

So funte freilich dieser

Ihm wenig Trost und

Wohl aber ist nun seine

Nachdem das Band

Und Gott Sie aus der

Zu sich in Himmel so

Wohl dem der so wie

Aus Babel kan zu Salen

Indes nimm dich O Hir

Der Höchst betrübten

Weil Menschen Trost hier

Und Ihren Schmers n

Läß du O Gott / all ihr

In Freud und Lust verwe

